

DISPUTATIO QUINTA.

De potentiis sensitivis in particulari.

Post traditam intelligentiam de potentia sensitiva in communi, ad speciales potentias nunc descendimus...

QUESTIO PRIMA.

Numerus, & perfectio exteriorum sensuum assignatur.

Distinguentur sensus exteriores ab internis, eorumque sensus interiores intra cranium, & in cerebro exercent proprias functiones...

Quinque autem esse sensus corporis exterioris omnium tum Philosophorum, tum Theologorum concordat auctoritas...

Verum hec ratio, sicut & illa, quas adducit Aristot. in text. non sunt demonstrativae, ita ut offendant posse simpliciter dari alios sensus externos...

Contra arguitur primum, quod sint pauciores; Tum quia inferius non distinguitur a superiori...

in omnibus membris; ergo unus sensus exterius. Tum 3. unica est sensitiva virtus in cerebro residens...

Rep. ad primum, gustum, ut suo loco dicemus, esse quodam modo tactum, non formaliter, sed materialiter...

Secundum argum. quod sint plura, quantitas, figura, &c. sunt per se sensibilis, ergo debent habere proprios...

Rep. ad 1. ex Scot. cit. magnitudinem & colorem licet in esse rei magis differant, quam color, & sonus...

Quaestio II. Art. I.

ponit contractionem cordis; voluptas eiusdem dilatationem, & ratione horum adum dicitur a sensibus exterioribus...

Quoad nobilitatem, & perfectionem horum sensuum sunt, qui auditum praesertim, alii tamen, communiter visus praerogative commendatur...

Pro resolutione tamen distinguentem esse de perfectione, ut fecimus disp. de Caelo n. 5. dum comparavimus elementa inter se quoad perfectionem...

Dices, sensus auditus facit magis scire, quam visus, caeci enim a nativitate, aliqua apprehendunt, imo & prudentissimum evadunt quandoque...

Rep. ad 1. dupliciter possumus scire, vel per disciplinam, vel Matris, & Belluci. De Anima. Tom. III.

per inventionem, secundo modo magis juvat visus; quam auditus, primo modo magis confert auditus...

QUESTIO II.

De sensu visus.

Visu incipimus, ut a principali, de quo videbimus primo, quid nam sit illud, quod ex parte corporis concurrat ad constituendam visum potentiam...

ARTICULUS I.

De organo, & subiecto visus, quibusque conveniat.

Organum, seu instrumentum, quo potentia visiva animalica utitur ad visionem elicendam, est oculus...

Situs oculorum est convenientissimus, scilicet in supra corporis parte, tanquam in specula, ut inde animal mala toti corpori imminuta prospiciat...

Ad fabricam, & structuram oculi concurrunt tres humores, quinque tunicae, sex, vel septem musculi...

Rep. ad 1. dupliciter possumus scire, vel per disciplinam, vel Matris, & Belluci. De Anima. Tom. III.